



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 96. Henrici IV. Galliarum Regis foedus cum Helvetiis innovatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. culpam in Sultanam conjecit: eo ig-  
 A. C. 1602. tur hortante Sultanus, ut hos furibun-  
 dos placaret, duos Eunuchorum Prince-  
 pes capite plecti jussit, Scribam vero  
 quocum transegit, Bosnæ Præfectum  
 decorabat, belli in Hungaria gerendi  
 cura eidem commissa, quo cum suo-  
 rum decem millibus nulla mora se con-  
 tulit: Sultanus vero uxorem suam, quam  
 Janissari ad tempus ab aula relegari pe-  
 tebant, ipse in mare unacum quatuor-  
 decim aliis projici, prius autem ipsius  
 filium in Matris conspectu strangulandi  
 præcepit.

## §. XCVI.

*Henrici IV. Galliarum Regis fœdus  
 cum Helvetiis innovatum.*

*Daniel hist.  
 de France  
 tom. 10.  
 Thuan. l. 129.*

Jamjam Regnante Carolo VIII. Gallia-  
 rum Rege cum Helvetiis inita erat  
 armorum Societas, quam tamen Hen-  
 ricus Rex amplioribus pactis innovare  
 statuit, misso hanc in rem Emerico Vico,  
 qui Soloturni cum illis fœdus conclu-  
 serat: Ut vero illa solemnibus sponso ut-  
 rinque rata haberetur, hoc anno om-  
 nes Pagi Delegatos suos numero qua-  
 draginta duos Parisios decernebant, qui  
 die decima quarta Octobris Carentonium  
 delati præprimis Regi supplicabant, qua-  
 tenus ipsis, antequam Sacramenti Reli-  
 gione sese adstringerent, tres articulos  
 pro-

proponere liceret, quorum primus erat: **Sæc. XVII.**  
 ut deinceps ad quadringenta aureorum **A. C. 1602.**  
 millia quotannis aliqua adhuc millia ad-  
 derentur. II. Nationis suæ Privilegia  
 circa Franciæ negotiationem facta serva-  
 rentur. III. Quinque Pagi in fœdere cum  
 Mediolanensi Principatu & Sabaudo nu-  
 per icto permanere possent, ac Protestan-  
 tes, si bellum contra ipsos in Regno ge-  
 reretur, suppetias ferre non teneren-  
 tur. Rex ceteris admiffis circa primum  
 articulum, exhaustum caussabatur æra-  
 rium: His ita compositis die vigesima  
 Octobris ingenti pompa Rex comitante  
 Nobilitate præcipue unacum Helveticæ  
 gentis Oratoribus ad Beatæ Virginis æ-  
 des processerat, ubi Viennensis Archi-  
 episcopus solemne Sacrum peragebat,  
 sub quo Protestantes extra Chorum ad  
 pulpitum substiterant. Eo peracto Ora-  
 tores fœderis pacta suo Regisque sigillo  
 munita super Pulvinar deferunt, ac  
 Rege ipsorum fidelitatem, ipsis vero  
 Franciæ gloriam deprædicantibus manu  
 Evangelii libro imposita fidem suam ju-  
 risjurandi Religione obstrinxerant, idem  
 Rege confestim præstante. Postea de-  
 cantato Hymno Ambrosiano Oratores  
 ad Episcopale Palatium conducti, lau-  
 toque convivio excepti demum hono-  
 rifice in patriam suam reducebantur.

§. XCVII.